



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Conciones aliquot vtiliſimæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

## D. HENRIC

SVSONIS CONCIONE

ALIQVOT: COMPENDIO CO

PLECTENTES, QVICQVID AD

benè beateque viuendum pos-

sit esse conduci-

bile.

*De occultis quibusdam, ysq; molestissimis tenta-*  
*nibus superandis, Sermo primus, longeq;*  
*utilissimus.*

Tentati qui  
 quales.



LECTVLVS noster flor-

duus. CANT. I.

Sunt qui perplexis vexan-

tur conscientia scrupulis

& mirè torqueantur, ne

admittant remedium, ne

lunt consilium sequi: quæ

Vti & vbi re-

cipi velit Do-

minus.

ipso Dominum IESVM non sinunt suis in con-

scientia locum sibi præparare ob suam inquietu-

dinem, quam abijcere deberent. Vult namq;

recipi Dominus Iesus in conscientia munda, di-

uersis virtutum floribus adspersa: idq; iustè se-

ctis. Quàm enim dissimilis est Lectus aliquis a

mænis, rosis, lilijs & diuersis floribus resper-

sus, in quo suauiter possis dormire ac requie-

scere, agro alicui inculco, tribulis ac spinis obli-

to: tam etiam dissimilis est hominis inordina-

ti conscientia animo benè constituto. Nanquæ

delicia Domini sunt, in ciuitate florida requie-

scere. Quod nimirum sensit quandoq; sponsus

in Canticis, cum sponsa optatis & amorosis co-

Vbi delicia  
 Domini.  
 Cant. 1.

piens a  
 Tulu no  
 ster ob  
 dus est  
 nim sup  
 tui me  
 pleriqu  
 ornata  
 h sunt  
 runt,  
 Mundi  
 quibus  
 rum te  
 ma fin  
 & grau  
 Prima  
 dinatu  
 hement  
 onem  
 minen  
 mi, v  
 quide  
 è vt er  
 plorâr  
 mero  
 dum a  
 bus me  
 bi, lice  
 lius ha  
 bor ill  
 rali ha  
 dolen  
 rant, f  
 necess

piens amplexibus perfrui, ait dilecto suo: *Lectulus noster floridus: ac si diceret: Thalamus noster obleratus est. Lectulus amoris nostri floridus est. Veni ergo amice optatissime. Nihil enim superest, nisi ut in vlnis immensi amoris tui me suaviter obdormire facias. Porro sunt plerique, quorum conscientia non est floribus ornata, sed cor simo ac sordibus deturpatum. Ii sunt, quorum vitia iam foras sese protulerunt, qui vanis & caducis oblectamentis ac Mundi honoribus aucupandis dediti sunt: de quibus iam dicturi non sumus. Alij sunt, quorum tentationes intus latent, quæ licet plurimæ sint, inter eas tamen tres aded sunt molestæ & graues, vt eis vix vllæ possint comparari.*

*I.*  
*II.*  
*III.*

Prima est inordinata tristitia. Secunda, inordinatus animi angor vel pressura. Tertia, vehementis diffidentia. Quod ad primam tentationem attinet, scire oportet precium fuerit, hominem quandoq; tanto animi acerore deprimi, vt nihil ei libeat boni agere, sed nec possit quidē: licet interim quid sibi desit ignoret, aded vt etiam si doloris huius causā in seipso explorare velit, neutiquam inuenire possit. Hunc acerorem rex pijsissimus Dauid sensisse videtur dum ait: *Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me?* Tanquam diceret certē aliquid deest tibi, licet ipsa, quid sit, ignores. *Spera in Deo, & melius habebis, quoniam adhuc cum gaudio constabor illi.* Isthæc tristitia plerunque ex ipsa naturali habitudine trahit originem: atque, quod dolendum est, non paucos id quod benè ceperant, facit deserere. Nulli enim mortalium tā necessaria est inuicta animi constantia & fortitudo,

Conscientia  
quæ qualis.

Tentationes  
grauiss. tres.

I.  
II.  
III.  
I. tentationis  
prosecutio.

Psalm. 42.

Tristitia inordinata vnde  
ducat originem.

tudo, atque illis qui cum vitijs suis confli-  
 atque ex ijs palmam referre decreuerunt. Ne  
 quid possit homo molestiæ adferre quæ  
 corporis aduersa valerudo, si sit animo be-  
 nignus, & Sancti spiritus consolatione  
 fultus? Contrà verò quid illi possit esse de-  
 stabile, qui perpetuò quodam animi pondere  
 & angore contrahitur ac diuexatur? Debet  
 tur summo quisque eniti studio, vt ab hoc  
 vicio liberetur. Quòd si quis quærat, qua  
 ratione hoc se liberare vitio, animaduertat  
 exemplum quod subiicimus: Quendam Sapien-  
 tiæ Ministrum circa conuersionis eius in-  
 mœror iste inordinatus vsque ad eò occupare  
 vt nec legere, nec orare, nec quicquam boni  
 id temporis posset efficere. Is ergò die quadam  
 in cubiculo suo residens, cum ab hoc vicio ac-  
 tẽr diuexaretur, & dolore affligeretur inco-  
 mmodabili, vox quædam intellectualis ad eum lo-  
 pernè lapsa est eiusmodi: Quid hinc orolito  
 resides, & in teipso contabescis? Surge, & meam  
 passionem pia mente commemora, meam  
 acerbitate pœnarum tuum hunc superabis do-  
 lorem. Quibus auditis, surrexit Frater ille, at-  
 que ad Domini meditando passionem se co-  
 tulit. Et ex eo tempore medicina hac saluam  
 sanatus, eius perpetua commemoratione id  
 sequutus est, vt nunquam deinceps talem  
 turet animi ægitudinem. Altera interna  
 tatio, est inordinatus animi angor vel pressio  
 ra. Hoc morbo qui laborant, ratione sua de-  
 prehendant quippiam sibi deesse, id videlicet  
 quod non satis sint iuxta Dei voluntatem con-  
 stituti. Hoc autem vitium inde proficiscitur  
 quod

Paradigma.

Passionis Do-  
 minicæ me-  
 ditatio quam  
 quo condu-  
 cat.

Tentatio  
 interna.

quod quis magnipendit ea quæ ponderanda non sunt, atque speciatim afflictionem, quam (Deo permittente) intus patitur. Sunt autem <sup>Afflictiones molestiff. quæ aut quot.</sup> quatuor molestissimæ afflictiones, quas cor humanum possit perpeti: quæ quidem eius sunt generis, ut miseris illis, qui ijs diuexantur, nemo facile possit adhibere fidem, nisi qui eas ipse expertus sit, aut cui id præstitum sit à DEO. Cum enim leuius sentire deberent, hoc est, ubi ad Deum sese recipiunt, tunc grauissimè torquentur, inciduntq; eis ac ingeruntur abominabiles & sceleratissimæ aduersus Deum cogitationes. Atqui afflictiones istæ non propter eâ graues dicuntur, quòd grande aliquod animæ detrimentum adferant, sed ob acerrimum dolorem, quo ipsam configunt. Sunt verò istæ iam dictæ tentationes, <sup>IV. grauiff. tentationes.</sup> Desperatio Diuinæ Misericordiæ, Immissæ cogitationes aduersus DEVM & Sanctos eius, & Tentatio sibi ipsi manus inferendi. De quibus non omnibus hîc iam mihi dicere statutum est, sed de ea cunctaxat, quæ secundum locum obcinet, quæ est Desperatio Diuinæ Misericordiæ. Istæ Desperatio ex tribus causis trahit originem, purâ quòd expendere nesciant quid sit Deus, quid peccatum, & quid Contritio cordis. <sup>Desperatio quæ vnde nascatur.</sup> Nimirum Omnipotens DEVS, fons est inexhaustus infinitæ Misericordiæ, ac ingenitæ benignitatis, aded, ut nulla vnquam, quamuis indulgentissima, parens filio suo, quem in suis gestare visceribus, in medijs iacenti flammis tam cupidè ac promptè opitulari queat, <sup>peccitenti quam propitius sit Deus.</sup> ut DEVS homini peccitenti, etiamsi is, modò id possibile foret, cuncta totius Mundi peccata vel

L 3 millies

OTV  
45

millies quotidie perpetrasset. Quid igitur  
 facta est, o Deus benignissime, ut plerique  
 amabilem sentiant? cur animae multorum  
 toperè exultant de te? unde tanto ex te  
 que gaudio afficiuntur? Num id illorum  
 centia tribuendum est? Minimè. Sed dum  
 attendunt culpas, & quam te verè sint indig  
 perpendunt: quodque nihilominus ad  
 psis liberaliter impartiris & exhibes, cum  
 men honorum nostrorum non sis indigus,  
 nimirum Domine ipsorum cordibus  
 suauem & grandem efficit. Nam perinde  
 facile est mille, ac vnum, talenta remittere,  
 innumeris peccatis mortiferis, sicut vni, ven  
 dare. Quae quidem benignitas & dignatio  
 omnem vincit benignitatem ac dignationem.  
 Quamobrem nec isti vnquam tibi pro merito  
 gratias agere dignas possunt, atque inde  
 tui laude cordibus & animo colliquescent.  
 Sunt ij proculdubio, ut potest scripturis  
 confirmari, maiori tibi laudi & honori, quam  
 peccassent nunquam, & interim tepidè vi  
 rent, nec tantoperè te amarent. Non enim tam  
 attendis, ut ait D. Bernardus, quid fuerit ho  
 mo, quam quid pro sui cordis desiderio  
 velit. Quisquis igitur peccatorum remissio  
 nem etiam tot vicibus, quot momenta sunt  
 temporis, de te negare instituit, magno vti  
 te honore spoliare molitur. Peccatum nanqu  
 de caelis in terram te attraxit: te, inquam, re  
 demptorem tam pium & amabilem, qui non  
 momentis omnibus in gratiam recipere para  
 tus es. Hac ratione qui, quid sit Deus, ponderat  
 nouit, is (Dauidè teste) DEO diffidere, vel er  
 milie-

Psal. 139.

Peccatores  
 qui quibus  
 iustis apud  
 Deum praesentent.

Bernard.

Deum poenitentis  
 momentis  
 omnibus re  
 cipere.

miseri-  
cordiam  
desperare  
non potest.  
Secun-  
dum est,  
quod pen-  
sitare nes-  
ciunt, qui-  
d sit pec-  
catum. Cer-  
tè verum  
peccatum  
illud duntaxat  
censendum  
est, si quis  
deliberata  
ac certa vo-  
luntate sciens  
atque volens  
absque Ratione  
reluctatione  
à Deo se auertat,  
& ad iniquitatem  
transfert.  
Porro si vel  
singulis momen-  
tis cuiquam  
cogitationes  
malæ incidant,  
eæque aded  
excreandæ,  
vt similes  
nec cor huma-  
num effinge-  
re, nec lingua  
effari queat,  
de quocunque  
etiam illæ sint,  
siue de Deo,  
siue de creaturis,  
atque istiusmodi  
homo in hoc  
statu vno vel  
altero, vel  
pluribus etiam  
annis contravoluntatis  
sugrenixum  
persistat, modò  
ratione eas auer-  
setur, repellat  
& respuat, ita  
vt plena delibera-  
tione & integra  
voluntate talibus  
consentire nolit,  
sed potius oblu-  
ctetur, cum  
natura eiusmodi  
patiatur, pec-  
catum mortiferum  
nequaquam  
admittit: quod  
potest sacris  
litteris & Ec-  
clesiæ Catholi-  
cæ sententijs,  
per quas docet  
nos Spiritus  
sanctus, com-  
probari. At  
verò laet hinc  
occulca quæ-  
dam pressura,  
quæ est reuerà  
tenuissimus  
quidam & sub-  
tilissimus funis,  
qui hinc  
possit contingere.  
Ea est, si cui  
mala ingeratur  
cogitatio, ei-  
quæ cum delectatione  
quadam intendat,  
atque sui ipsius  
oblitus, non  
aded celeriter  
animum inde  
reuocet. Putat  
enim hoc ipso,  
cum voluntatis  
consensu & deli-  
berata ratione  
illi se intendisse,  
ac seipso neglecto,  
commississe  
culpam mortiferam.  
Quod absit  
vt ita credamus.  
Est nanque  
multorum san-  
ctorum Patrum  
concors sententia,  
rationem sapen-  
tiamerò importunis  
cogitationibus  
in animum  
irruentibus,  
atque etiam  
delectatione  
quadam  
præue-

*Peccatū quid  
proptiè ha-  
bendum.*

*Cogitatio-  
nes malæ quæ  
quò non sint  
noxie.*

*Pressura quæ  
qualis.*

*Consolatoria  
sententia.*

L 4      præue-

OTW  
43

præueniri, idque interdum non parua mor-  
 sed longo tempore, antequam ratio per ma-  
 ram deliberationem sui ipsius plenè compa-  
 fiat: Tum verò ea admittere vel reijcere, pec-  
 catum committere vel respuere posse. Quo-  
 cum ita sit, non est cur peccati mortiferi re-  
 se isti arbitrentur, si sanæ atque Catholicæ do-  
 ctrinæ fidem commodare volent. Augustinus  
 nanque peccatum aded dicit esse voluntarium  
 ut si voluntarium non sit, neq̃ peccatum sit. Et  
 Doctores affirmât, si Eua sola pomum edidit,  
 nec hoc in scelere consensum ei præbuisse. A-  
 dam, nihil id nobis obfuturum fuisse. Eodem  
 modo qualescunq̃ cogitationes portioni se-  
 tiuz ingerantur absque rationis vero fauore  
 consensu, peccatum mortiferum non efficiunt.  
 Tertium quod ipsis officit, est, quod pondera-  
 re nesciunt quid sit vera cordis contritio. Est  
 enim Contritio virtus quædam, quæ liberat  
 hominem à peccatis eius, si sit cum discretionis  
 coniuncta. Dicit nanque D. Bernardus, in dis-  
 cretam contritionem displicere DE O. Iudas  
 Domini proditor & Cain fratriçida, confessi  
 sunt, & diffisi sunt: & ided non defuit illis pen-  
 nitentia siue dolor, sed is fuit absque modo &  
 inordinatus. Alter, *Peccavi*, inquit, *tradens sa-  
 guinem iustum*. Alter, *Maior est*, inquit, *iniquitas  
 mea, quam vi ventam merear*. Sic & illi de quibus  
 nunc agimus, sæpe inordinata quadam con-  
 tritione vel dolore obnubilati, aiunt apud se  
 Malum est nos vivere. Cur tandem nati sumus?  
 O si mori citius contingat: pluraq̃ id genus a-  
 lia, quibus DEVM plerumq̃ grauius offendunt,  
 quàm illis, quæ ipsi metunt, peccatis. Quis  
 quis er  
 peenit  
 peccat  
 ciam g  
 in tua  
 immar  
 tuus f  
 culo,  
 Sunt p  
 confic  
 Primu  
 facile  
 etiam  
 mè, q  
 ac leu  
 nûs fi  
 eis in  
 quem  
 Liber  
 causa  
 cant:  
 filij,  
 vel re  
 teme  
 afflic  
 eis fo  
 Diu  
 rere:  
 cere  
 ab ip  
 sto D  
 in eis  
 mul  
 tur:

August.

Peccatum ex  
 voluntate so-  
 la pendere.

Contritio  
 quæ qualis  
 Bernard.

Math. 27.  
 Gen. 4.

Desperantiũ  
 voces.



quis ergo veram cordis optat contritionem & penitentiam consequi, sit in seipso humilis, peccatum auerfetur, & firmam in DEVM fiduciam gerat. Hinc ipsa æterna ait Sapiencia: *Fili, in tua infirmitate ne despicias teipsum; sed ora Dominum, & ipse curabit te.* Certè nimium ille factus fuerit, qui dum vno se sentit orbatum oculo, etiam alterum ipse sibi vult excutere. Sunt porro **SE X** quædam in istis meticuloſis consideranda hominibus, quæ illis inesse solent. Primum est, quòd multum à vero aberrant, nec facile cuiquam in his fidem præbere volunt, etiam cui alioqui credere deberent: illis maxime, qui ea dicunt: vnde possint consolationem ac leuamentum accipere, quibus plerunque minus fidunt, quam illis qui moleſta & contraria eis ingerunt. Id verò ex interno cordis dolore, quem ferè continuum patiuntur, ipsis accidit. Libenter etiam consilij & auxiliij obtinendi causa moleſtias suas alijs queruntur & explicant: quòd tamen ita passim facere, non est consilij, cum vix vllum inde reportet subsidium vel remedium. Immo quanto plura huic malo remedia comparare nituntur, tanto ipsorum afflictio fit vehementior. Consultum autem eis foret, verum aliquem DEVM timentem, in Diuinis literis eruditum ac expertum, inquirere: cui etiam sine omni hæſitatione acquiescere debent. Siquidem in extremo iudicio non ab ipsis, sed ab istiusmodi viro religioso & docto DEVS rationem reposcet, si saltem ipsi, & in eis est, tacere studuerint. Secundum est, quòd multiplici eodemque vano timore sollicitantur: vnde fit, vt nunquam sibi benè confiteri

*Ecccl. 35.*

Sex quædam in meticuloſis notanda.

I.

Secreta quæ qui alijs reuelat.

II.

L 5 videan-

OTW  
45

Quæ peccata  
solum confite-  
nda.

Scrupuloso-  
rum conso-  
latio.

III.

Simile.

videantur, quamlibet doctus sit ille cui con-  
tentur. Quantumvis etiam quod in se est, fac-  
ant, nunquam tamen veram animi tranqui-  
litate[m] & pacem pectoris obtinent: cuius illi  
potissimum causa est, quod discernere neque-  
ant, quæ peccata oporteat expresse & distinctè  
confiteri. Sola nimirum peccata mortifera  
quantum fieri potest, distinctè & expresse con-  
fiteri obligamur: leuiiores verò & quotidiana  
culpas, generali quadam enarratione expos-  
isse satis est. Cum autem in antedictis tentatio-  
nibus nullius sint rei peccati mortiferi, nõ ne-  
cesse habent, immò nec debent homines isti om-  
nes ipsis incidentes cogitationes ita distinctè  
& expresse confiteri, sed generali duntaxat ex-  
positione eas aperire, satis est, idque iuxta con-  
siliu[m] prudentis confessarij. Enimverò Tarta-  
reus spiritus hac confitendi scrupulositate, cor-  
dis pacem & quietem perturbare molitur: atque  
eam ob rem obstitendum est illi. Nam quo illi  
magis obtemperatur, eo conscientia fit proli-  
xior & intricatior. Tertium est, quod certa vo-  
lunt scientia esse præditi earum rerum, in quibus  
non potest haberi certitudo. Scire nanque  
volunt atque ad id certi esse, nulli se peccato  
mortifero obnoxios teneri. Atqui (si scriptis  
sanctorum fides habenda est) nemo in hac vita  
tam felix, tam bonus, tam doctus inuenitur, ut  
certus possit esse se in Dei gratia vivere, nisi id  
illi diuinitus sit reuelatum. Sufficit hac in par-  
te, si diligenter explorata conscientia, nullum  
certum mortiferum peccatum in ea compe-  
riatur. Itaque hoc pacto certo scire velle, ex  
ignorantia proficiscitur: ut si, verbi gratia,  
puer

puer aliquis nôsse velit, quid suo in pectore tractet Imperator. Eam ob rem sicut aduersa valetudine laborantem medico suo credere oportet, tanquam morbum ipsum melius, quàm possit ægrotus, perspectum habenti: sic & huius farinae homines prudenti cuiusdam confessorio mortem gerere & acquiescere tenentur. Quartum est, quod erga Deum quadam mouentur impatientia: quæ sanè ex eadem ipsa, qua perpetim affliguntur, dira vexatione nascitur. Cum enim alijs aduersitatibus & molestijs parùm aut nihil sint exercitati, contingit eis perinde vt equo effreni ac indomito, ad currum religato, qui dum ex nimia fatigatione & lucta perpetua maceratur, nec se potest excutere, paulatim modestiùs sese gerere incipit. Ita & isti quamdiù suis afflictionibus sese opponunt, & necdùm funditùs Diuinæ se permiserunt ac resignarunt voluntati ad perferendum æquanimiter cruces illas quibus præmuntur, grauitèr torquentur: & tamen perpeti eas necesse est, donec misericors Deus illorum laborem & patientiam respiciat, qui optimè nouit, quando eis expediat ab hisce molestijs liberari. Nihil igitur æquè est necessarium, quàm se ad ipsas tolerandas afflictiones humiliter resignare & offerre, quandiu visum erit Domino, atque illius opem patienter implorare, & bonorum hominum preces sibi conciliare. Quintum est, quòd nulla in re tantoperè errant, quàm quod malis cogitationibus ipsis sese ingerètibus respondere & credere, atq; ratione eis obniti, & cum eis in disputatione ingredi volunt. Quod quidem cuprimis

cauerè.

IV.

Lepida assimilatio.

Quid quibus maxime necessarium.

V.

OTV  
45

Cogitationes  
quæ qui susti-  
nenda aut  
pellenda.

## VI.

Nuquam  
preces pro  
pter afflictio-  
nes, etiam ma-  
ximas, omit-  
ti debere.

Gregor.

cauendum est. Dum enim aduersum eas iusti-  
ri instituunt, eo ipso ad eò eis implicantur, &  
vix superstit quâ possint euadere. Satius ergo  
erit, absque contentione, argumentatione  
resistendi conatu confestim inde se auertere,  
ad id, quod primum vel audire, vel videre, ve-  
nôsse contigerit, se conuertere: ac si dicant: Sin-  
surrria tua tibi, nihil ea ad me pertinent. Lo-  
gès scelestior, quam vt ad ea tibi responderem  
velim. Nam quo ea minus curantur, eo citius  
profligantur: atque id iterum iterumque facien-  
dum est, donec in vsum vertatur. Hæc autem  
illi soli capiunt, qui ea in seipsis sentiunt. Sextus  
est, quod quanto sacratiores sunt tempora, & ip-  
si se ad DEVM libentius adiungerent, tanto  
iporum afflictio est acrior, ita vt nec vnam  
quidem orationem Dominicam vel Angelicam  
salutationem absq; eiusmodi diabolicis sus-  
surrrijs explere queant. Quo fit, vt quadam ve-  
lut desperatione correpti, preces intermittant,  
& hoc pacto secum loquantur: Ecquid ista no-  
bis oratio prodesse queat, tot sordibus cõspur-  
cata? Sed in hoc errant vehementer, & suo hosti  
obsequuntur, cuius hoc præcipuum studium  
est, vt eos faciat spiritualia exercitia neglecti  
habere ac postponere. Nesciunt profectò, ora-  
tionem suam cum cunctis illis incidendis ma-  
lis cogitationibus, de quibus dolent, non me-  
diocriter gratam & acceptam esse omnipoten-  
ti DEO. Sæpe namq; (vt D. Gregorius ait) mens  
humana ad eò perturbatur, vt seipsam eruere  
nesciat: sed in præsentis dolore & angustia cõ-  
stituta, ipsa pro eadem ante DEVM oculos aduer-  
sitas deuotissimè interpellat. Ipsaq; passionis  
amar-

amaritudo in oculis illius resplendens, citius  
 eum illi, quam alia exercitia, inclinatur, & velo-  
 cius adesse compellit. Nullum itaque propter  
 ea opus bonum negligendum est, nec Preces &  
 Templi visitatio, quæ imprimis contraria &  
 molesta est dæmonibus, vnquam intermitten-  
 da. Quod enim ita affecto de orationis puritate  
 decedit, id illi ex afflictionis molestia accedit,  
 nec minimum placet eiusmodi oratio pijs-  
 simo creatori. Fit enim non tardè, vt eos qui vix ver-  
 ba sonare queunt, propensius exaudiamus,  
 quam qui incolumi sunt voce & corpore. At  
 verò quanto magis ab oratione desistimus, eo  
 amplius hosti nostro obtemperamus. Denique  
 cum sit satis superq; probatum, nihil in his re-  
 bus peccati inesse. potest hoc loco eiusmodi  
 quaestio incidere: Cur misericors DEVS tam  
 duris afflictionibus diuexari homines ante di-  
 ctos patiatur, cum vix vlla corporis poena vel  
 cruciatus eis possit commemorari, quem non  
 malint, quam hanc desperationis impugna-  
 tionem, perpeti. Ipsi quidem & nonnulli simpli-  
 ces, qui neque scientia, neque experientia ista  
 nouerunt, ipsorum vitio eos ita affligi putant.  
 Sed id verum non esse vel inde liquet, quod  
 per plures etiam vitæ sanctitate insignes, eius  
 generis vexationibus exercentur, quemadmo-  
 dum tum experientia quotidiana, tum sancto-  
 rum scripta testantur: atq; ediuerso homines  
 impurissimi plerunque nihil inde sentiunt aut  
 patiuntur. Immo quibusdam in ipsa pueritia,  
 dum adhuc nulla perpetrarunt peccata graui-  
 ora, istæ vexationes occurrunt. Si quis verò  
 post Monasticæ vitæ aliquod susceptum genus,  
 aut

Ariditas quæ  
 quado deu-  
 tioni praestes.

Quaestio non  
 ociosa neque  
 inutilis.

OTV  
 45

Signum diuini  
erga pec-  
catores amo-  
ris quod.

Est desperatio  
vexatio-  
ne qua elici-  
antur com-  
moda.

aut post agnitam veritatem ob suam culpam  
eas patiat, debet ea ex causa gratias vberius  
gere Deo. Vt enim sacra affirmant litera, in  
Diuina dilectionis indicium est, multo tem-  
pore non finire peccatoribus ex sententia ag-  
re, sed statim ultiones adhibere. Quare autem  
sapientissimus Deus hac desperationis impo-  
nitione homines profundius humiliet, & ve-  
hementius compescat ac edomet, quam alijs ob-  
fessionibus, id in illius Maiestatis arcanis re-  
conditum est: quod etiam sic illi accipere de-  
bebunt. Nam cum ille omnium corda, men-  
tes, moresq; hominum perspecta habeat, tan-  
quam fidelissimus medicus id singulis adhibet  
& procurat, quod eis praecipue conducibile sit.  
Quod si quis percontetur, quam hac vexatio-  
desperationis utilitatem habeat, fidenter re-  
spondeo, plurima, eaque haud vulgaria hinc  
posse bona proficisci. Primum namque ho-  
mines natura superbi, nulla alia ratione meli-  
us & occultius ad veram humilitatem virtutis  
omnium Matrem perducere possent. Nam  
qui hac tentatione premuntur, deformitate &  
spurcicia incidetium cogitationum, immanti-  
tatem & turpitudinem metiuntur peccatorum,  
quod ita non esse, iam ante probauimus. Sane  
vel semel tantum sibi ipsi vanè placuisse, possit  
coram Deo multò hominem deformiorem ef-  
ficere, quam vel mille, licet immanissime eius  
generis ingesta cogitationes. Quod est perspi-  
cuum in Lucifero, qui nullam talem sentiens  
impugnationem, foedissime lapsus est. Permit-  
tit autem Deus hac molestia vexari hominem,  
vt qui haecenus pra animi fastu seipsum agno-  
scere

scere noluit, saltem hac afflictione ad sui cognitionem perducatur. Ita fit, ut qui prius alios habebat despectui, iam ab omnibus sibi merito contemnendus videatur. Quo quid illi esse utilius, aut quid magis eum in Deum reducere queat? Est enim impossibile, ut verè humilem Deus perire sinat. Quamobrem tum ex scripturarum sententia, tum ipsa rei veritate, qui huiusmodi ferunt crucem, Dei omnipotentis sese pedibus aduoluere, & hanc ipsam execrabilem tentationem, per quam tam præclaræ virtutis gratiam obtinent, pia erga Deum gratiarum actione velut inaurare deberent. Ita namque afflictio hominem ex ipsis tartari faucibus ereptum, in cælo collocat, atq; ab innumeris seruet peccatis, dum tantùm illi faceffit negotij, ut omnium interim vanitatũ quadam oblivione capiatur: quod est reuerà utilissimum. Adeoq; ad virtutes omnes capessendas non parum fert subsidij: Qui enim hanc perpetiuntur, tam miserè vexantur, ut virtutes ceu remedij loco sectentur: nec quicquam eis impossibile videtur, quo suam possint crucem euadere & obliuisci. Quod tamen quamvis seridè agant, aut nihilominus sapè eos DEVS hac miseria discruciarì finit, donec post multorum operum bonorum coacervatione, homines reddantur gratia & virtutibus locupletes. Hic iam Sap. 8.

considerare libet, quam suauiter & benigne æterna Sapientia cuncta disponat, quando etiam id, quo in sui pernitiè cedere pleriq; autumant, ipsa moderante, in præcipuam eorum salutem cedit. Magnam præterea Purgatorij partem hæc tollit afflictio, eamque tolerantibus impendit

OTW

45

Purgatorium  
quomodo  
hic ferant  
2. Cor. 4.

2. Cor. 4.

Paradigma.

pendio prodest, ac præmium immensum conciliat. Quamuis enim multorum se criminatores arbitrentur, sed apud DEUM inter electos Martyres numerantur: cum nulli dubium esse queat, eiusmodi perpetuam vexationem longè esse toleratu molestiorem, quam tantis ictibus unum collo exceptum. Denique ipsam vexationem magnæ esse dilectionis Dæi argumentum ac præfagium, tam scripturarum testimonijs, quàm ipsa veritate probatur: quippe quam & copiosa gratia, & multorum secretorum reuelatio sit subsequutura. Debent igitur homines ante memorati non solum patienter, sed & libenter eam perpeti, certi, breui hanc acerbitatem & leue ac momentaneum tribulationis huius supra modum in sublimitate atque gloria pondus in ipsis operari. Cuius hic breue exemplum subiicimus. Virgo quædam dicata, vna ex supradictis tentationibus vexabatur, quæ post obitum suum cuidam apparens, eam se Purgatorij loco sustinuisse, ac deinde sine medio ab omnipotente DEO in celestia regna susceptam asseruit. Quod & nobis præstet CHRISTVS IESVS, in secula benedictus, Amen.

*De diuersis percontationibus, de profunda humilitate, resignatione, nostris ipsorum abnegatione, & excessu in Deum.*

#### SERMO II.

**M**iserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, quid diceret de Iesu, quem dicebant Christum filium Ioseph.



rogarent eum: Tu quis es? Et confessus est,  
& non negavit. Et confessus est, Quia non  
sum, &c. Ioan. i.

Audistis dilectissimi, vt Pharisæi quosdam  
ad Ioannem miserint percontatum, *Tu quis es?*  
Et vt ille confessus sit, & non negarit: sit, in quâ,  
confessus, *Quia non sum,* &c. Id genus Pharisæos  
hodieque complures inuenias licet, qui super-  
uacaneis duntaxat quæstionibus vacent. Vi-  
deas alios de rebus mundanis sciscitari, quid  
illi atque illi agant: qui in vrbibus, in regio-  
nibus, apud Reges & Principes ac Dominos, a-  
liosque tum seculares, tum Ecclesiasticos, ru-  
mores circumferantur: vti se habeant illi &  
illi: & bene est eiusmodi, dum rumoribus pas-  
cuntur. Proh pudor, hisce deditos esse vitæ Mo-  
nasticæ professores, quos ira affectos esse oport-  
tebat; vt plurimum erubescerent vel scire vel  
referre rumores fuitiles ac Mundanos. Quid e-  
nim ad eos attinent ea, quæ Mundi sunt? Alij ex  
quadam curiositate percontantur, multa scili-  
cet nosse cupientes, & sublimia quædam intel-  
lectu assequi, non ob aliud, nisi vt ipsi quoque  
de rebus sublimibus fari nõrint. Nec ij vnquã  
ad altiora proficiunt, nec profectus illorum  
spes vlla superest, quamdiũ tales permanent.  
Alij eo animo quærunt, vt alterius mentem  
explorent, & quid in ea agatur, compertum ha-  
beant. Hi perinde vt Pharisæi, blanda adu-  
latione quempiam accedentes, *Magister,* inqui-  
unt, *scimus quia verax es.* Et si suos in eo mores  
deprehendant, iam salua sunt omnia: sin mi-  
nibus, nihil est quicquid ille agat. Itaque ad alios

M

se con-

Quæstiones  
seu rumores  
qui quales.

Math. 27.

OTW  
45

se conferentes, ab his similiter perquirunt nec est vllus quærendi finis, vt habeant morum suorum tueantur improbitatem: ab his abduci se sinunt, quicquid cum illis gas. Aliorum percontationes laude dignas qui corde & affectu gratissimam bonam DEI voluntatem ardentè sitiunt. Qui manducant, siue bibant, siue dormiant, siue scriptioni aut lectioni vacent, siue neant, siue gradiantur, siue subsistant, semper hoc ferunt desiderio: Quæ tandem ratione amantur mi DEI nostri gratissimam voluntatem licebit? Denique alij sunt, qui prorsus interrogant. Hi sunt, qui supremum perfectionis attingere apicem qui iam nullis questionibus dediti sunt. Sed vbi tales reperiamur? Nam hi nihil admirantur. Augustino & Aristotele testibus, ex admiratione quæ proficiscitur. Atqui isti (vt dictum est) nihil mirantur, sed omni admiratione facti superiores, ipsa veritate perlustrati. Sed vt ad angelium reuertamur, quemadmodum præsertim antè audistis charissimi, Pharisei illi cum Hierodiani Ioannem interrogârunt, quis esset? Et quid cælestis ille Princeps, immò quid Lucifer ille & archangelus respondit? Non inquit, *Confessus enim est*, ait Euangelista, *negauit, quia non sum*. Hoc verbum, NON SUM nemo est qui proferre velit, atque eo omnino tendunt studia, vt illud fugiant abnegent. Quotusquisque enim est, qui non aliquid in spiritu sit, siue in natura? At reuerà si quæ vel eò pertingere posset, vt cum Diuo Ioanne

Quæstiones  
quorum quæ  
laudanda.

Ioan. i.

Neminem  
non esse quid  
velle.

hoc ipsum verbum ex animo pronunciaret, is  
 haud dubiè compendiosissimum, quod possit  
 obtineri in hac vita, iter reperisset. Atque hinc  
 neminem vel ætas, vel infirmitas, vel inopia,  
 vel abundantia excusat. Quis verò possit dicen-  
 do consequi, quam inæstimabilis essentia in  
 hoc, NON ESSE, lateat? Sed heu nemo est, qui  
 istud velit iter arripere. Quicquid agas, non est  
 qui non aliquo in precio haberi velit. Immò  
 omnes & sumus & volumus, semperq; volui-  
 mus aliquid esse. Hoc laqueo omnes penè adeo  
 tenentur implicati, vt nemo sit qui seipsum de-  
 ferere & abnegare velit. Inde est, quod minori  
 negotio vel decem externa opera efficitur,  
 quam vel semel perfectè nos exeamus aut ab-  
 negemus. Hic omnium bellorum totiusq; la-  
 boris nostri scopus est. Huius gratia seculares  
 quique plurimas sibi opes accumulunt, cognat-  
 os & amicos comparant, corpus & animam  
 mille periculis exponunt: nempe, vt sint ali-  
 quid: immò vt magni sint, vt diuitijs honoribus,  
 ac potentia præcellant. Quantum verò Re-  
 ligiosi & Ecclesiastici etiam huius causa agant,  
 omittant, ac perpetuantur, seipsum quisque ex-  
 ploret. Heu Monasteria omnia & inclusoria  
 hoc execrabili malo abundant, vt singuli & ef-  
 fecupiant aliquid, & apparere. Ipse Lucifer in  
 celo quadam superbia inflatus, esse voluit ali-  
 quid: at eo ipso in extremam abyssum, in ipsi-  
 NIHL fundum, adeoque in vilis quiddam,  
 quam sit nihilum, corruit ac derusus est. Hoc  
 quoque primos parentes nostros Adam & E-  
 uam, extra amœnissimam profligauit paradi-  
 sum, & omnes nos, quotquot ex illis progeniti  
 sumus

Non esse, cui  
 esse praestet.

Qua omnes  
 vt sint aliquid  
 studeant.

Omnes, etiã  
 Religiosos,  
 aliquid esse  
 conari.

Isa. 14.

Gen. 3.

M 2

OTW  
 45

sumus, in varias calamitates, labores atque  
 dores adduxit. Hæc omnis miseræ & luctu  
 pssissima causa est. Inde est, quod absque Deo  
 absque gratia, absque dilectione, cunctis  
 virtutibus nudi ac vacui sumus, quod nu  
 neque foris neque intus pace fruimur, quod  
 plura sæpe nobis & in Deo & in hominibus  
 displicent. Hæc, inquam, mala omnia ex ea  
 la radice pullulant, quod scilicet aliquid  
 contendimus omnes. Contra verò nihil  
 velle, in quolibet viuendi instituto, in lo  
 quibuscunque & cum Mortalibus omnibus  
 ram, integram, stabilem ac perpetuam con  
 liat, fouet, & retinet pacem: nec quicquam  
 felicius, securius & præclarius in hac vita  
 test obtingere. Sed heu quam id aduersamur  
 omnes, diuites & pauperes, iuuenes & virgines  
 senes cum iunioribus? Legimus in Euangelio  
 secundum Lucam, Phariseum quendam  
 minem optimum, Christum vt secum edoc  
 inuitasse. Erat proculdubio opus illud opti  
 mum, Christum & eius Discipulos reficere  
 quanquam etiam alij illic aderant. Nec de  
 Phariseo ista pia intentio. Quid igitur? Illud  
 nimirum præclarissimum, NON SUM, inquit  
 deerat illi. Et hoc vnde probamus? Attendit  
 Edentibus illis, superuenit mulier peccatrix  
 ad Saluatoris collapsa vestigia, intus ex intimo  
 cordis fundo profitebatur, NON SUM. Quam  
 obrem non solum vltra cælos omnes, sed et  
 supra multos angelorum ordines, vt equidem  
 existimo, est exaltata. Nam humi ad pedes Iesu  
 s v prostrata, ex intimo (vt dixi) cordis sui fun  
 do loquebatur, Non sum. Inde verò, ex illa  
 scilicet

Quanta nil  
 essendi vili  
 tas.

Luc. 7.

Maria Mag  
 da ena quo  
 pacto Christo  
 fuerit reconc  
 ciliata.

scilicet fundo, perpetuum quoddam ac indeficiens, Ego sum, exoriebatur. Adeoq; Dominus Iesus præstitit illi quicquid voluit. Sedebat illic hospes iste Phariseus, qui grande hoc opus agebat, cunctis illis escam ac potum præbens, & rem hanc suo in animo indigne tulit, dixitq; intra se, cur Dominus tantam illi peccatrici feminae exhiberet familiaritatem. At prohodolor dominabatur in eo detestabile illud, Ego sum: non autem, Non sum. Vnde fiebat, vt se dignum crederet, ad quem sese Dominus conuerteret, cuius dicta auscultaret, quicum loqueretur, & non cum illa peccatrice muliere. Ecquid putatis dilectissimi, quanti etiamnum id genus Pharisei tam in clero, quam in populo reperiantur. Hoc hominum genere totus vbiq; Mundus abundat, & superabundat. Sub atro & candido, sub rubicundo, cinericio ac caeruleo habitu plurimos inuenias licet, qui vel propter diuitias suas, vel ob potentiam suam, vel ob sapientiam & eruditionem suam, vel ob ingenij & intellectus perspicacitatem, vel propter eleemosynas, vel propter habitum suum (ob quæ sibi sanctiores videntur) aliaque similia æquum esse putent, vt ad ipsos quique sese non absque opinione conuertât cum ipsis verba misceant, ipsorum sermones auscultent, & eorum gratia quippiam agant: atque hoc pacto intra se loquuntur: Mihine ab eis hoc præstari par est, quibus ego hæc atque illa præstiti, qui sum talis ac talis? Et reuerà multum indignè ferrent, si non pluris fierent ab omnibus, quam illi in quibus iam dicta minimè recognoscerent: de quibus ita secum loquuntur:

M 3

Eia

Latentis superbiae notatio.

OTW

45

Eia quinam sunt isti, aut vnde veniunt? & con-  
 ratione vel cogitare audent, quod nobis (sibi  
 peris placet) etiam agere permissum est? atque  
 ita alios aspernantur. Talis erat Phariseus  
 le, qui supra Publicanum inaniter sese effere  
 suam secum iniustitiam reportavit, quod in  
 oculis suis grandis esset. Publicanus vero  
 fateri nouerat, Non sum, qui nihil sibi videbe-  
 tur, oculis in ima depressis, ita potius ait: *Dei  
 propitius esto mihi peccatori*, qui nihil sum: imo  
 propter peccata mea minus quam nihil. Et  
 hoc in Euangelio legimus, quod descendit  
 iustificatus ab illo in domum suam. Atque haec  
 ipse DE I sententia est. Quilibet ergo sese as-  
 tendat, nec facile contemnet alium, quisquam  
 etiam ille sit, vel quoquo modo se habeat. Be-  
 ta & felix illa peccatrix, de qua ante diximus  
 cum in domum Pharisei esset ingressa, tria  
 suo exercitio peregit. Primò quidem, sicut  
 DE O auerterat, ita ad eum se totam conuertit  
 Oculos Mundi vanitatibus deditos, nunc  
 chrymis rigat: Capillis suis Domini pedes ter-  
 fit, vt expiaret, quod Mundi amatoribus  
 quã loque placere studuisset. Corpus suum  
 luxui addictum, crebris osculis Domini lesa  
 pedibus impressis, alijsque afflictionibus attri-  
 nit, facultatesque suas vnguenti infusione obre-  
 lit. Secundò, se ipsam Saluatori totam permisit  
 ac resignauit. Tertio, vehemētissimi plena do-  
 loris & contritionis cordis fuit. Equidem  
 sentio charissimi, omnem non vndiquaque pro-  
 batam & exercitaram resignationem, nec sine  
 vnus precio estimandam, nisi factis & resipit  
 declaratur extra fallacissimam naturam, p[ro]p[ter]  
 mille

Luc. 18.

Luc. 7.

Resignatio  
 in x[m]e  
 specta, qua.

mille angulis ac versutijs præditam, in quibus  
seipsam fouet ac retinet: quæ nisi radicitus ex-  
turbetur, haud secus aliquem eiusmodi homi-  
nem acciperem, quam tartareum spiritum, an-  
geli specie & habitu mihi apparentem. Nam  
quitalis sunt, eorum dictis ita stare tutum est,  
vti per culmum vnum, si is pontis vicem in Rhe-  
no latissimo suppleret, iter facere: Tam, inquã,  
horum resignatio certa ac tuta est. Quo fit, vt e-  
iusmodi resignatio non immerito ficta ac fu-  
cata censenda sit. Et tamen videas id genus ho-  
mines quandoque venire, ac dicere: Domine  
mi, obsecro, de summa & excellentissima veri-  
tate ac perfectione quippiam loquaris. Hem  
quã mihi ista verba stomachum mouent? Sic &  
Pilate Dominum olim sciscitabatur, ecquid ef-  
set veritas. Sed nihil illi respondit Dominus.  
Aded nõ potest, quid sit veritas, explicari. Deus  
ipse veritas est. Veritas, puritas, simplicitas, v-  
ni sunt & vna essentia. Iam si quandoq; verbis  
aut factis duriuscule tractentur isti, repẽtẽ pro-  
siliunt, erumpunt, & velut Canes oblateralis ac  
remordent, nimisq; acerbẽ ferunt, & hæc atque  
illa sibi illata queruntur: sicq; luce claritẽ in-  
notescit, quæ ipsorum fuerit resignatio, dum  
verbis simul & factis animum fundumq; suum  
omnib; produunt. Quæso dilectissimi, nemo  
seipsum fallat. Mihi quidem nihil potest offi-  
cere, si me fallatis. Vos ipsi estis, quibus illudi-  
tur: nec mihi, sed vobis, incommodatis. Nihil  
ego ambigo, etiam in vita Monastica complu-  
res inueniri, qui in ea omnes penẽ vitę suę dies  
exegerint, qui ingentem quandam ac singula-  
rem præ se ferant sanctitatem, & caput in hu-  
meros

OTW

25

Ioan. 18.

Resignationis  
verę delinea-  
tio.

Ioan. 12.  
Resignati  
diuina visio-  
ne nostri vt  
quandoque  
fruamur, pe-  
nitus neces-  
saria.

August.

meros deponant, qui tamen ita ex hac luce fir-  
migraturi, vt vera resignatio nec ad mome-  
tum vnquam illis illuxerit. Intelligens quilibet  
& dolere, & præ admiratione etiam in risu  
solui possit, quod miseri homines adeo impo-  
nunt sibi ipsi. Id certo certius habendum est  
neminem sibi de resignatione blandiri, nec  
resignatum esse, persuadere sibi debere, quan-  
diu vel gutta vna sanguinis in carne, vel aliqua  
medullæ portio in ossibus hæserit, quæ non  
pro vera resignatione decocta atque consum-  
pta. Porro quamdiu quispiam vel extremum  
veræ resignationis punctum non erit assequu-  
tus, tantisper etiam DE I visione frustrabitur,  
nec supremam poterit vel in temporaria, vel  
æterna vita beatitudinem experiri. Necessè est  
enim, vt granum frumenti, modo fructum  
ferre debeat, prius emoriatur. Et si moriturus  
fuerit, fructum plurimum afferet. Oportet om-  
nino charissimi, vt moriamur, desiciamus,  
nihil efficiamus, vt iam ex sententia dicamus,  
Non sum. Nec votis duntaxat, desiderijs, ac  
precibus huc peruenitur: necessè est vt suble-  
quantur opera, vt res tanta aliquo cõster. Quod  
enim nullo constitit, nec valere aliquid potest.  
Vnde si desiderijs ac precibus solis absque sum-  
ptu, absque labore & dolore ea posset resigna-  
tio obtineri, nullo in precio habenda foret.  
Atqui id fieri non potest. Nam qui creauit te si-  
ne te, vt author est D. Augustinus, non iustifica-  
bit te sine te. Non est ergo vt puret quisquam,  
DE VM nos miraculo quodam ad sublimiora  
euecturum. Quamuis enim nullo negotio etiã  
hoc frigido tempore rosas elegantissimas pos-  
sit e-



fit è terra producere, non tamen id facit. Vult  
namque, vt opportuno (id est, verno) tempore  
per rores & pruina, crebrasque tempestates,  
quæ eo spectant ac referuntur, germinet atq;  
succrescant. Dolenda planè conditio, multos  
etiam Monasticæ vitæ Professores, triginta,  
quadraginta, & eo amplius annos, in perpetuò  
tempore iugiq; querimonia viuere, & nec post tā-  
ta annorum curricula, sui notitiam vel tenuè  
habere. Quanto satius foret, vnum in hoc an-  
num expendere, vt sibi ipsi perfecte moreren-  
tur, ac à seipsis deficerent, & tandè, quibus sunt  
irreiti, laqueos cõtererent? Heu heu, vbi mors  
quandoque irruerit, & ipsi lōga vitæ suæ spa-  
tia miserè se neglexisse ac perdidisse conspex-  
erint, quam irreparabile sentient damnū quan-  
do deinceps semper illis carere oportebit, quæ  
lucrari potuissent? Maior ea erit calamitas, quā  
in hoc tempore quisquam possit verbis expli-  
care. Decebat nimirum, vnumquemlibet vitæ  
cenobiticę cultorem multa cum diligentia, ac  
irremisso proficiendi studio, pluraq; bona adi-  
piscendi desiderio, ita viuere, vt nullavnam  
dies elaberetur, quo non tantum se profecisse  
cerneret, vt antecedentia vix posset conspicere.  
Est id sanè miserabile quiddam, huius Mundi  
dementissimos amatores vilissimis quibusque  
rebus temporarijs acquirendis curam maiorē  
impendere, quam DE I electos summo illi bo-  
no obtinendo, quod DEVS ipse & est, & appel-  
latur. Hei spiritualis quisque ac Monasticæ vitæ  
studiosus, aded deberet omnis esse propriæ vo-  
luntatis expers, vt nihil in eo vnquam posset  
deprehendi, præter illud, Non sum. Videas

Quam sit ra-  
ra sui notitia.

Religiosus  
quisque qui  
viuere meri-  
to debeat.

Amatores  
Mundi qua  
in re quibus  
longe præ-  
stent.

velle qui suū  
cuique de-  
rendum.

M 5 ple-

OTW  
45

Methodus  
certissima  
qua.

Qui se Chri-  
stus resigna-  
vit.

plerosque instabiles, diuersos sibi viuendi mo-  
dos somnare: iam pane solo & aqua velle vi-  
uere, iam verò aliò moliri iter: modò hoc, mo-  
do illud proponere. Sed ego compendiosissi-  
mum ac simplicissimum vobis iter demonstrabo.  
Recipiat quisque sese in fundum animæ suæ, & inibi,  
quid se potissimum impediatur ac distor-  
neatur, diligenter exploret: atque hunc laqueum  
hunc lapidem in Rheni profunda demergeat.  
Erat alioqui quocunque vult, per cuncta Mundi  
climata peruagetur, nullum aut perexiguum  
citra hoc lucrum reportabit. Istæ hæc nouacula  
propria scilicet voluntatis, affectuum ac de-  
teriorum mortificatio, carnem ab ossibus ab-  
radit. Quamquam sunt permulti, qui corpus  
destruunt, & vitijs extirpandis nullam nauant  
operam: de quorum profectu nulla spes reli-  
qua est. Agite iam charissimi, introrsus ad vos  
redite, atque attentissima consideratione per-  
pendite, quantum adhuc sitis dissimiles per-  
tissimo Christi Iesu exemplari, cuius tam  
funda fuit resignatio, ut si mortalium omnium  
qui vnquam fuerint, sunt & erunt, resignatio  
in vnâ confletur, non possit tamen vlla ex  
parte ei comparari. Denique, quod superius  
dixi, peccatricem illam soli CHRISTO se  
permisisse ac resignasse, ita debet accipi, quando  
nos ipsos DEI causa relinquitur, simul omnia  
illi nos resignare. Ac multi numero sunt, qui se  
DEO quidem permittant, verum hominibus  
se relinquere nolunt, contenti à DEO affligi ac  
deprimi, ab hominibus minimè. Sed oportet  
bat Deo nos ipsos relinquere ac resignare, quo-  
cunque modo illi visum sit. Quisquis igitur  
ille

ille est  
derati  
modu  
reip  
flet n  
nostr  
ipso  
mur e

Vt cur  
tem

E  
Hæ  
nostr  
hanc  
que p  
dema  
bus o  
super  
asseg  
tellat  
per b  
surrex  
in nos  
facti  
surrex  
mini

ille est, qui ad propria vilitatis & nihili considerationem nos adducit, debemus id amice admodum & grato animo ab eo accipere, vt sic re ipsa dicamur, quod & sumus, Non sumus Præfector nobis omnipotens DEVS, vt ita ad hanc nostri nihili pensionem pertingamus, quò hoc ipso in Diuinam immergamur ac absorbeamur essentiam. Amen.

*Vt cum Christo emori, omnem in nobis sensualitatem, cupiditatem, vires naturales & sensitivas & imagines mortificare, Christo resurgere, atque in eundem transformari debeamus.*

SERMO III.

EXIUI à Patre, & veni in Mundum: iterum relinquo Mundum. Ioan. 16.

Hæc sunt, dilectissimi, verba Redemptoris nostri, quibus à Patre exiisse se testatur, & in hanc totius miseriam demigrasse vallè: rursusque peractis omnibus, quæ à Patre ipsi erant demandata, cunctisque doloribus ac ærūnis, quibus omnis vita illius nimis quàm referta fuit, superatis, ac morte profligata, ad Patris remeasse gloriam. Quod idem Apostolus euidentius testatur, vbi ait: *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo CHRISTVS surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati, facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.* Itaque in prioribus illis Domini verbis, sincerissima verissimaque, quæ quidem

Rom. 6.

Ioan. 16.

OTW  
45

quidem tradi possit, continetur institutio, in  
 que rector, compendiosior, securior, simp-  
 ciorq; via insinuat. Quoquod igitur nos res-  
 tamus, quascunq; concinnemus glossas qualicunq;  
 nobis excusationum vela prætexamus,  
 hac nobis via gradiendum est: qua Dominus  
 ipse ingressus est, si tamen cum illo esse, & ad il-  
 lum peruenire, & ei denique perfectè coniung-  
 volumus. Ille enim, vt audiuius, exiuit à Pa-  
 tre è sinu & corde paterno, & venit in hunc  
 Mundum, vbi cunctis diebus vitæ suæ vlti-  
 modum afflictus fuit, & innumeris iisdemq;  
 perpetuis miserijs prægrauatus, adeo vt nun-  
 quam quicquam commodi vel delectationis  
 admiserit: & ad extremum captus, perditus,  
 occisus & sepultus est. Deinde verò omnino  
 impassibilis, splendidus, ac immortalis resur-  
 gens, ad cor Paternum remeavit, eandem cum  
 illo beatitudinem & gloriam obtinens per in-  
 finita secula. Hoc iter quisquis capeffere con-  
 tuit, & in seipso mortuus ac sepultus est in Chris-  
 to, fieri non potest quin & cum illo resurgat.  
 Si enim consepulti sumus, & resurgemus cum  
 illo, vt Apostolus ait: Mortui enim estis, & vita  
 vestra abscondita est cum CHRISTO in Deo.  
 Quicumque eiusmodi est, illum ego non dubi-  
 tem dicere aliquo modo impassibilem, imper-  
 emptibilem, ac immortalem effici, & vnà cum  
 filio eidem perfectè vnitum, in cælum, atq;  
 in ipsum ad eod cor paternum ascendere, & ean-  
 dem cum filio beatitudinem assequi & posside-  
 re hereditatem. Quicquid enim habet filius per  
 naturam, id iste habet per gratiam. Sed hoc  
 perpetuis exercitijs prosequendum est. Eiusse-  
 modi

Iter tutissimū  
 quod.

Col 3.

modi homo tantum cæteris quibusq; vulgari-  
 bus hominibus præstat & antecellit, quantum  
 homo animali bruto. Atqui cum Christo mo-  
 ri & deficere nolunt, quo pacto cum illo ad ve-  
 rum esse resurgere queant? Itaque hortatur nos  
 Apostolus, vt si cum Christo consurreximus,  
 quæ sursum sunt, sapiamus, non quæ super ter-  
 ram. Verùm sunt plerique qui dum bona aũ-  
 diunt, cupiant & ipsi boni esse, iamq; probè sa-  
 tis inchoent, atque obfirmatõ animo statuunt  
 DEO & spiritui viuere. At si non statim omnia  
 pro voto succedant, resiliunt à proposito, & ad  
 naturæ suæ relabuntur infirmitatem. Hos non  
 absurdè comparaueris scholasticis plerisq; qui  
 ad magisterium & dignitates adspirant, sed ip-  
 sa prima Latini sermonis aut Grammaticæ ru-  
 dimenta vix summis degustant labijs. Nõnulli  
 tamen dum in studio perseuerant, ad ipsum  
 Magisterij gradum quandoque prouehuntur.  
 Ita nimirum etiam pios quosdam inuenias li-  
 cet, qui non modo bene incipiant, sed etiam  
 profectum faciant, ac virtutibus obtinendis om-  
 nem nauent operam, atque in eo conatu in-  
 uicto spiritu ad finem vsque perseuerent. Alij  
 verò nullum habet in virtutibus progressum.  
 Et quia virtus omnis in arduo sita est, quisquis  
 ad magam perfectionem adspirat, magna illi  
 & ardua multa superanda sunt: speciatim ta-  
 men nouem quædam, è quibus hic quatuor mi-  
 nora inferioraq; tractabimus. Primò quidem  
 omnis illi sensualitas, omnesq; sensus transcē-  
 dendi sunt, cunctaque visibilia supergredien-  
 da. Secundò, omnes potentia corporeæ ac spi-  
 rituales. Tertio, cuncta desideria cum proprie-  
 tate

Col. 3.

Scholastici  
præposteri  
qui.Quæ quatuor  
cui superan-  
da.

OTW

40

I.

tate coniuncta. Quartò, imagines omnes. Imagines quid appellem, post aperiam. Primò, que omnes dixi sensus transcendendos. Atque hic ego non loquor de illis, qui pro sensu voluptate sponte scientesque in mortiferis uñt peccatis: sed de illis potius, qui cum Christo resurgere, & czelos scandere meditantur institutè. Est nimirum cernere aliquammodos, qui de rebus sublimibus præclare dicuntur, nec tamen vllam earum habeant notitiam, nisi quantum audiendo, discendo, legendo sint affecti, quæ omnia per sensus incurruntur. Tabibus accommodari potest vulgore tritum illud prouerbum, Esse milites minus strenuos, & homines verbis potentes. Verùm si perfici isti debeant, necesse est omnem sensuum curiositatem, subtilitatem & effulgentiam in res externas, omnino mortificent at

Paradigma.

vincant. Incessit quendam ingens cupido gratissimam Dei cognoscendi voluntatem, eamque sibi diuinitus reuelari instanter orauit. Cui Dominus apprensus, Refrena, inquit, sensus tuos, cohibe os & linguam, atque cor tuum edomato: aduersa omnia mei amore libens tolera. Hac ratione facies gratissimam voluntatem meam. Ad hæc te ipsum à visibilium simulacris auerte, & in interiorem imaginem tuam recipe, vbi reipsa comperies verum esse quod

Voluntas Dei gratissima vt fiat.

Psal. 4.

Propheta ait: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Est hodie grandis eorum turba, qui plus satis in exterioribus occupentur, etiam laudabili cum intentione, & vix vnquam requie potiantur. Quid igitur hic facto opusest? Attendite. Quando vel vnus horulæ spatium

ab o-

ab occupationibus vacuum illis obtigerit, tam profundè, fortiter, efficaciter, crebroque in DEUM se demergent, ut illo breui tempore vel quadraginta annorum curricula per sensus miserè perdita, efficaciter reuocent, ac deinde maiorem faciant fructum: hoc tamen non ea ratione agendum est, ut solent illi, qui non nouerunt cum Deo colloqui, nisi per sensibiles imagines, aut lectis, edoctis atque compositis verbis: sed ex ipso intimo fundo, ex cordis visceribus, ex ipso spiritu suo Dei spiritum requirēt, spiritu uidelicet ad spiritum, & corde ad cor loquendo, quemadmodum docet Saluator, Spiritus est Deus, & eos qui Ioan. 4. adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Intelligit enim Deus linguam cordis, a Luc. 10. nimæ intentionem, & intimam, essentialem, ac ex ipso fundo proficiscentem allocutionem. Eam ob rem Mariæ sensus atque præsentia longè sanctiùs & altius in Christi auribus precabatur, quàm omnes illæ Marthæ querimonix, II. quas de sorore apud Dominum faciebat. Secundò, omnes potentix naturales, tam internæ quàm externæ, excedendæ sunt. Id si quis posset ea moderatione & ordine operando consequi, ut tamen interim vires corporis & naturæ incolumitas ac robur integra seruariantur, esset hoc sanè admiratione dignum. Talè mihi adhuc neminem videre contigit. Quisquis ille est, si quis modo est, procedat in medium, & omnibus sui uidentis copiam faciat. Non id D. Bernard. affectus est, qui se corpus suum DEI Bernard. & Fratrum seruitio subtraxisse questus est. Nō Gregor. D. Gregorius, sanctæ Ecclesiæ lumen mirabile. Nemo

OTW

45

Philip 3.

Nemo ergo fallat seipsum, existimans ipse se  
prehendisse, à quo longissimè adhuc abest.  
Multus labor, ingens huc industria exigitur.  
Quod enim nullo constitit, nec valere aliquis  
potest: & qui charum quippiam obtinere  
petit, charum aliquod exponat necesse est. Di-  
cipulus quidam cum suo dixisset Magistro,  
manducare se & bibere, nec tamen quicquam  
corpore auferere, respondit Magister: Non  
eum admirari debere, quandoquidem quis  
quid alimenti acciperet, internis exercitatio-  
nibus conficeretur. Ergo longè alia via huc per-  
tingendum est. Et tamen omnis externa facti-  
tas ad hoc assequendum minimè sufficit: sed

Ioan. 12.

DE vs omnipotens, cuius est immensa potest-  
tas nouas quasdam vires potest suggerere. *Si  
granum frumenti, ait Veritas, in terram cadens  
mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum  
fuerit, fructum plurimum adfert: sed prius mori  
atur & à seipso deficiat oportet.* Est & alia po-  
tentia in homine, quæ & ipsa transcendit  
est, nempe sensus communis. Hunc intra se  
vnusquilibet ita facile deprehendit, quòd  
neque cernit, neque audit aliquid extrinsecus.  
diuersas intra se imagines reperit, & est gran-  
dis quidam in ipso tumultus, dum modo hanc  
modo illa ratione singula quæq; disponit. Sed  
omnis hæc multiplicitas, ad veram simplici-  
tatem, & ad purissimum bonum illud Deum  
optimum referenda est ac reducenda. Vidit o-  
lim quidam truncum, & ait: Eia quam insignis  
in eo delitescit imago, modo superflua refecen-  
tur. Ita & Dominus ait per Prophetam: *Si sepa-  
raueris preciosum à vili, quasi os meum eris.* O si quis  
à se

Sensus com-  
munis ad per-  
fectionem  
adspiranti su-  
pprandus.

Ier. 19.

à se ab-  
hand e  
reperi  
virtus.  
Pleriq  
tamqu  
& cor  
in ipa  
adhuc  
natura  
fuere P  
morib  
non ni  
minib  
magn  
compe  
ueant.  
ces sum  
regna  
compe  
tia eis  
gratia  
ra mo  
px. S  
tur. &  
fuit in  
propo  
magn  
in cul  
abole  
mine  
magr  
perfe  
tinen



à se abradere, separare, abstrahere omnia, haud dubiè Deum intra se purissimè ac nudè reperiret. Est præterea etiam alia in homine virtus intellectualis, quæ itidem superanda est. Plerique tanta sui ingenij acumine moliuntur, tamque mira & alta suo intellectu inuestigare & comprehendere conantur, ut videri possint in ipsa cælorum penetralia adituri: & tamen adhuc intra naturæ suæ limites consistunt, & naturæ dumtaxat viribus nituntur. Eius farinae fuere Plato & Aristot. intellectu acutissimi, & moribus sic satis compositi ac honesti: & tamen non nisi naturæ totum id fuit. Eiusmodi hominibus comprimis necessarium fuerit, ut magno studio pervigilique conatu naturam compescant suam, & à seipsis diligenter sibi caveant. Ediuerso sunt alij, qui ut naturæ simplices sunt, ita etiam seipsum simpliciter exeunt & resignant, & cuncta simpliciter accipiunt. Isti compendio magnum faciunt profectum, cuncta eis intus prosperè cedunt, & sunt Diuinæ gratiæ admodum capaces, haud secus quam cera mollis imaginis cuiuscunque sigillo insculpitur. Sed sicut cera eadem facilitate comprimitur, & compressa amittit imaginem, qua ea ipsi fuit impressa: ita & hi simplices facillè à suo proposito resiliunt. Contrà verò sicut non nisi magno negotio petrae imago insculpitur, sed insculpta multos perdurat in annos nec facile aboletur, ita & superiores illi intellectus acumine vigentes, quamuis non nisi multo studio magnoque conatu sese vincant, at ubi fortiter perseverant, magnam quandoque gratiam obtinent, nec eam facillè amittunt. Tertiò, desideria

Inelligibilis vis excendenda.

Qualis farinae Plato & Aristoteles.

Imagines quæ quales.

III.

N ria

OTW  
40

vis concupiscibilis item exuperanda.

Math. 26.

Perfectionis summe indicium.

Math. 27.

Ioan 19.

ria omnia cum proprietate coniuncta, & adeo vis concupiscibilis excedenda est. Nihil ego hic dicturus sum de illis, qui terrena ac libentia bona appetunt, qui ad honores adstrant. Innamque ab ea, unde loquimur, perfectione longissime distant, nec illius quando vel in somnis ullam sunt notitiam adepti. Illis potius dicere statui, qui virtutis speciem præ se ferunt, varijsque toto vitæ spatio agitur desiderijs, dicuntq̄, verbi causa: Veniam hoc aut illud præstet nobis DEVS. Utinam gratia aut aliqua reuelatione nos dignetur. Utinam tales effemus, quales illi vel illi. Sed in vera perfectione adhuc multum remoti sumus. Enimvero totos se deberent resignare Deo, nihil solum ex animo concupiscere, ei denique cuncta securè & omnino committere, simpliciter dicere cum Christo: *Pater, non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Fiat voluntas tua*, idque non labijs carnalibus, sed ipso cordis fundo, ex intima deuotione & tota intentione animi. Est illud sane vel maximæ perfectionis indicium, in omni aduersitate & sui derelictione ac destitutione, & in quouis euentu funditus se resignare posse exemplo Saluatoris nostri, qui in sua illa acerbissima passione quàm perfectè se permiserit Patris voluntati, sacra testantur Euangelia. Multò ille perfectius se resignauit, quàm vlla vnquam creatura. Et extremè derelictus, exclamauit: *DEVS MEVS, DEVS MEVS, quid dereliquisti me?* Denique resignauit sese, donec essent consummata omnia, quæ ex Patris imperio susceperat agenda ac toleranda: atque tum demùm dixit: *Consummatum est: & inclinatum capite,*

capite, tradidit spiritum. Ita nimirum etiam vnusquislibet e religione Christianus, in qualibet aduersitate ac destititione penitus se debet Deo permittere ac resignare. Nec est quod arbitretur quispiam, ex aduersis casibus nullum se dolorem debere perpeti. Si enim dolor non sentiatur, quo tandem merito aduersa perferentur? Ipse Dominus Iesus si digitum misisset in flammam, proculdubio dolorem esset expertus. Itaque in quibuslibet rebus aduersis, atque in omni desiderio vnusquisque Deo se permittere ac resignabit. Porro quisquis adhuc quippiam appetit, quod sit extra ipsum, aut moleste fert quod in ipso est, nondum est verè resignatus. Olim cuidam diuinitus reuelatum est, vt se resignare deberet, hoc videlicet pacto, vt se putaret in vastissimo iactari pelago, ac suo pallio insidere, nec ad integri miliaris spatium terram, cui adnataret, superesse. Ecquid orogere, qui se in hoc periculo cerneret constitutum, quando illi nec natandi, nec vociferandi, nec peruadandi esset copia? Nil aliud sanè, præterquam quod se totum Deo permitteret. Sic igitur debet quisque iugiter se resignare Deo, si vnquam velit perfectam suam resignationem adipisci. Dixi superius, omne desiderium superandum, nec esse appetendum aliquid: quod ita debet accipi: nihil esse aliud desiderandum, nisi vt cuncta à nobis impedimenta vel media Deus auferat, & sine medio totos nos sibi perfectissimè coniungat. Hoc ipso cuncta abolètur vitia, & bona omnia & vera beatitudo obrinentur. Quarto, sunt imagines omnes transcendenda. Hic nulla fit eorum mentio, qui spontè alicuius mortalis

Vt se Christianus quisque resignare debeat.

Resignatio quæ qui futura.

OTW  
40

IV:

N 3 688a



Iohel. i.

Somnia quæ  
qualia.Manh. 1. & 2.  
Boethius.

2 Cor. 11.

creaturæ imaginem intra se admittunt, & carnali affectu prosequuntur: qui qualesquales sint, aut quocunque vocentur nomine, inter membra numerantur, & ut sues in stercore involutantur, immò & computrescunt. Ij omnes longè absunt ab his, de quibus nobis sermo instituitur. Alij sunt qui his non consentiunt, sed satis bene viuunt: atramentum multa se eis ingerunt & varijs complentur rerum simulachris ac imaginibus. Sed has debent penitus abijcere, & simpliciter referre in Deum, atque illi suam imperfectionem & defectum coqueri & contereri. Quod si nec tunc recedant, æquo eas ferant animo, & se totos Deo resignent. Sunt adhuc alij, qui phantasmatis & insomnijs multis abundant. Tales plerunque non admiranda cernunt & visu pulchra, sed etiam futura in somnis contemplantur. Verbi gratia, sæpe diuinos quosdam & defunctorum animas conspiciunt. Id equidem simpliciter non condemnauerim: quandoquidem etiam ipse Domini lesytricius angelum in somnis aliquoties vidit. Sed nec approbauerim quidem: quâdo ex mera potest natura accidere, quemadmodum Boethius ait, eos qui munditiam sectentur, etiam res mûdas somniare naturaliter: itemque qui ineptijs ac stolidis occupentur rebus, consimilia habere somnia. Adhuc alios quosdam inuenias licet, qui visionibus & reuelationibus crebris utantur. Atque esto, ut eæ vel toto decennio veræ sint, deinde tamen vel semel admiscere se poterit spiritus malignus, transfigurans se in angelum lucis, atque ita fallere & euertere incautos. Igitur danda ijs opera est, ut

reuelat  
sancto  
ac exa  
confer  
bit eas  
repell  
si De  
saluti  
bebun  
De 1,  
anim  
tos di  
bus in  
confo  
verfis,  
Hunc  
manif  
sibi in  
quam  
mus, q  
humili  
mus tu  
peregr  
dis, q  
Dum e  
cillim  
parite  
biban  
eant, y  
itiner  
abeur  
in om  
que, i  
assum

reue

revelationes & visiones suas ad sacras literas & sanctorum Patrum scripta diligenter exigant ac examinent, advertantque num illis per omnia consentiant. Quod si ita esse perspexerint, licebit eas admittere: sin minus, omni studio eas repellant, nec villo pacto sequantur aut credant, si Deum gratiam nollint offendere, & suam cupiant salutem consultum. Ergo eas ita transcendere debent, ut nulli visioni, nulli revelationi vel Dei, vel sanctorum, nimium innitentur, aut animum cum delectatione apponant: sed se totos divinae permittant voluntati, illi in omnibus inhæreant, in abundantia & inopia, in consolatione & desolatione, in prosperis & adversis, iuxta perfectissima Salvatoris exempla. Hunc sibi curent semper habere presentem & manifestum in cordis ac Animæ fundo, eum sibi imprimant, ac intra se iugiter adspiciant, quam perfecta illius vita, conuersatio & animus, quam ipse resignatus, simplex, modestus, humilis, patiens, & omni denique virtute plenus fuerit. Huic se penitus resignent. Ipsum suam peregrinationis comitem, & in omni vita cunctisque actionibus suis socium sibi adiungant. Dormiant, ad morsellos singulos illum dulcissimum Dominum suum sibi assidere, atque pariter morsellum vnum capere cogitent. Dum bibant, existiment se ab illo respici. Si quopiam eant, nunquam sine illo gradientur, illum sibi itineris comitem adhibeant. Cum dormitum abeunt, in illum se reponant: atque ita demum in omni loco, in omni modo & apud quoscunque, illum presentem meditentur, illum socium assumant. Noui ego hominem quendam, qui

visiones quæ  
qui discuti-  
endæ.

Deo se resignantes ut se gerere debeant.

OTW  
40

vt Domini Iesu & viarum eius similitudinem  
in se exprimeret, certo in loco de angulo  
angulum se conferre solitus fuit, tanquam pro  
condonationibus vel indulgentijs obtinendis  
obambulare, commemorans secum factam  
passionem Saluatoris. Monet Diuus Bernardus  
vt incipientes, aliquem sibi virum grauem  
honestum in animo proponant, & tanquam  
lo inspectante faciant omnia & quoties aut  
futuri aut omissuri sint quippiam, cogitent prius  
vtrum id facere, vel omittere, vel dicere aude-  
rent viro illo praesente. Certè multo amplius  
penitensq; animo Christi IESU dulcissima  
imago praefigenda ac imprimenda est, quam  
alioqui longè ille nobis interior ac propinquior  
erit, quàm ipsi nobis. In illo nanque verissima  
ma consolatio, omne bonum, atque omne gaudium  
constitit. Ipse denique plenus gratia &  
veritatis praedicatur. Hanc Christi imaginem  
homo spiritualis nec ad momentum sibi patet  
tur excidere: idemque singulas quasque nota-  
bit horas, atque intus diligenter explorabit, vt  
in illis suis erga Deum animus affectus est co-  
stitutus. Quod illi potissimum vel necessarium  
facere deberent, quos Diuina Misericordia ex  
hoc fallacioso seuocauit Mundo, qui nulla  
familiaris cura distinentur, quibus hoc solum  
datum est negocij, vt Deo placere & vni Deo  
viuere nitantur. Illis verò, qui curis & occu-  
pationibus secularibus sunt implicati, hoc pre-  
stare difficile est. Namque fieri non potest, vt  
qui tangit picem, non inquinetur ab ea: aut  
qui ignem in sinu portat, non exuratur. Nec  
tamen eo inficias reperisse me, qui in cunctis  
occupa-

Incipientibus  
quid cōsulat.  
D. Bernard.

Ioan. 1.  
Imaginem  
Christi nihil  
antiquius ho-  
mini spirita-  
li in animo  
esse debere.

Eccl. 13.

occupationibus suis tantæ puritatis ac perfectionis essent, vt plerique Monasticen professi, eorum comparatione merito debeant rubore suffundi. Ipsa porrò dulcissima Christi imago, & imaginario, & viuo potest modo accipi. Cū imaginariè capitur, omninò præclarè, intellectuualiter ac diuinè id debet fieri, non autem vt pura aliqua creatura vel sensualiter: quemadmodum faciunt plerique, qui dum de DEO quippiam meditari volunt, tanquam creaturâ intus in sua cogitatione sibi proponunt, pura amabilem hominem à quo multis sint affecti beneficijs, & qui ipsorum causa sponte acerbissimam tulerit passionem: atque ex eiusmodi cogitatione, naturali quadam erga illum condolentia & miseratione mouentur. Sed longè alia ratio agendum est. Videlicet diuinam quandam & supernaturalem, non puræ cuiusdam creaturæ imaginem, de amabilissimo homine CHRISTI IESU, tanquã de DEI filio, & DEO homine, & homine DEO intus affument: & ita nunquam Christum cogitabunt, nisi quatenus & Deus & homo est. Atque hunc in modum Christum cogitando & capiendo, nunquam erunt sine DEO. Vbi namque aliquid DEI est, ibi coruscat DEVS. Et hac ratione nunquam id quod optimum est negligunt. Accipitur etiam CHRISTI imago viuo quodam modo: quod tum fit, vbi quispiã nullam sibi requiem, donec eide imagini pro modulo suo & virium suarum facultate conformetur. Eiusmodi homini parũ videbitur Diuinis obtemperare Præceptis: sed cuncta insuper Dei consilia, mirum in modum grata & optata

Imaginem  
Christi dupli-  
citer accipi.

Primo modo  
vt accipièda.

Secundò vt  
accipièda.

OTW  
45

Matth. 5.  
Luc. 6.

Homo verè  
designatus nū  
cum alijs i-  
maginibus  
etiam Christi  
debeat ima-  
ginem ex a-  
nimo remo-  
uere.

Ioan. 16.

illi erūt, nec his aliquid ducet iucundius. Quod enim Dominus ait, *Diligite inimicos vestros, bene facite his qui oderunt vos, &c.* adeo gratum est amori, vt non satis illi sit, benignè affari inimicos, sed eos etiam toto corde diligit, ex intimo cordis affectu ac beneuolentia omnem illis honorem, cunctaque bona impense cupiat, atque omnibus illorum erratis & delictis, quoad fieri potest, aliquid excusationis præstet ex animo. Nec tamen ita hæc accipi velim, quasi ea quis stupiditate præditus esse debeat, vt manifestum erga se aliorum odium vel amorem non animaduertat: sed ea debet nihil pendere, & nec scire quidem velle, iuxta CHRISTI exemplar, quo possit ad aliquam eius similitudinem accedere. Diximus paulo ante, omnes imagines excedendas. Sed erit fortassis qui dubitet, num ipsa quoque Christi imago abdicanda sit, de qua iam multa commemorauimus. Neutiquam ea reiicienda est. Id enim periculosum foret. Nam si vel ex ipso percontemur, quid hac in parte faciendum sit, ilico respondebit nobis: Expediit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Num his verbis sua nobis imagine interdixit? Interdixit quidem, sed quatenus ea pura est creatura, & sensibus duntaxat externis apprehensibilis, qualem tum discipuli habuere, & relinquere compulsi sunt. At qui secundum Diuinam & supernaturalem rationem, nullo eam tempore discipuli reliquerunt. Cum enim corporaliter ab eis discessit, & cælos conscendit, totum simul animum, sensus omnes, & omnem illorum amorem secum abduxit.



abduxit. Et nos ergo posteaquam idem ipse iā  
 olim migravit ad cælos, & in Patris cor atque  
 finem se recepit, vna cum illo ascēdamus, quō  
 ipse præcessit, cum omnibus sensibus nostris, Hebr. r.  
 omni amore ac intentione nostra, videlicet in  
 cor Dei Patris omnipotentis, in quo ipse ma-  
 net, vna cum eodem existens vita & essentia,  
 splendor gloriæ & figura substantiæ eius, spe-  
 culum lucidissimum claritatis illius, & imago  
 paterni vultus eius, non sola imaginis ratio-  
 ne, sed etiam essentialiter in perfecta personæ  
 Dei Patris similitudine, in Diuina illa æter-  
 na generationis emanatione, vnum omninō  
 existens cum eodem. Ed, inquam, & nos tota  
 mente, & quanto possamus amore tendamus,  
 velli coniungi, & vna cum illo candens spe-  
 culum effici mereamur. Tum verō in tribus  
 Diuinæ substantiæ personis commorabimur  
 & ambulabimus, ita vt cum Apostolo fidenter  
 dicamus: *Nostra autem conuersatio in cælis est,* hoc Phil. 3.  
 est, in tribus personis Diuinis. Hanc perfectio-  
 nem votis omnibus, cunctis sensibus, ac vni-  
 uersis viribus suis, vnusquilibet apprahende-  
 re conabitur: & quamuis eam in hac vita non  
 erit assecutus, bono sit animo, quia dabitur ipsi  
 à Deo iam extremum trahenti spiritum, & ad  
 mortem tendenti. Quod si nec tunc assequatur,  
 & hinc decedens, quibusdam maneat culpis  
 obnoxius, ad Purgatorij quidem locum demi-  
 grabit, vt illic omnes illæ ad purum excoquā-  
 tur. At deinde ad cæli perductus palatia, ea illic  
 perenniter perfruetur, tanto magis aut minus,  
 quanto eam plus minusue dilexerit ac deside-  
 ratit dum viueret. Quamobrem meritō sui  
 N 5 quilibet

OTW  
45

Desiderium  
cuique suum  
quo intendē-  
dum.

quisque arcum desiderij, quantum maximè pos-  
set intendere deberet, quò nullum adeò breui-  
tèpus abscederet, quin perfectius Deo potire-  
tur. Veris nanque animi desiderijs Devs per-  
ennem reddet vicem, etiamsi quod appetit, non  
consequatur in hoc seculo, omnemq; tepidam  
& negligentem conuersationem ac vitam il-  
lius iuxta supremum illud iudicabit, ad quod  
vnquam pertigerit in vita sua. Vnde tamen  
quispiam se non sentiat sublimem perfectio-  
nis gradum apprehendisse, non despondat  
animum, sed quantum potest, totis eam viri-  
bus assequi conetur. Quòd si nè tam quidem  
ad optatam valeat perfectionem pertingere,  
hoc tantum curet, vt eam ex corde diligit, &  
votis omnibus ad eam adspiret. Præster no-  
bis omnipotens Devs vt ad eam, vnde ser-  
monem habuimus, perfectionem feliciter om-  
nes euolemus. Amen.

*De triplici Irresignatione, & vt nos iterum atque iterum  
relinquere, & abnegandi studium ac pro-  
positum identidem renouare debeamus,  
donec in Christum perfectè transfor-  
memur: & de vera paupertate  
spiritus.*

#### SERMO IV.

**I**terum relinquo Mundum, & vado ad  
Patrem. Ioan. 16.

Omnes Redemptoris nostri conatus, labo-  
res, studia, doctrinæ & exempla eò tendebant  
dilectissimi, vt charissimos amicos & discipu-  
los

los suos, intro perduceret in purū animæ fundum, & in ipsam lucē veritatis. Cernens autem vsquæ ad illos soli exteriori homini suo affectos, deditos & intentos, vt illud verum bonū consequi non possent, corpoream presentiam suā illis subtrahere cōpulsus est. Quid est hoc? Prorsus facessant nunc glossę omnes, & cuncta excusationum velamina. Si aeterna Sapiētia vingenitus filius Dēi Patris, discipulis suis impedimento fuit, citra ambiguitatem nulla in terris creatura est, quæ non impediatur, quæcunque demum sit illa, quocunque vocetur nomine, qualicunque habitu tegatur. Itaq; omnes omninō instabiles ac mortales creaturas relinquere, & ex animo remouere oportebit, si præstantissimum bonum illud, quod ipse Deus est, percipere volumus. Est autem triplex inuenire hominum genus. Quidam abscedunt, Alij progrediuntur, Postremi ingrediuntur. Primi sunt incipientes, Alij proficientes: Tertij, perfecti. Cum igitur quispiam rectius viuere instituit, & confert sese ad seruiendum Deo, diligenter ac strenuē omnes animæ suæ latebras & angulos perscrutabitur, si quid vsquā reperire queat, quod inordinata cum delectatione vel possiderit, vel etiam num possideat: aut certe num aliqua mortalis creatura quædam in ipso angulum occupet. Quicquid autem eiusmodi inueniat, mox inde prostrigabit. Idverd cū primis est necessariū, haud secus quam pueris scholasticis rectē instituendis prima elementa, seu ipsū ALPHABETVM. Et licet non statim in ipso exordio pro voto cūctia succedant, nō si agatur animo, nec immodicē perturbetur: tantū

perfe-

Corporea  
presētia quid  
quibus facessat  
negotij.

Triples ho-  
minum ge-  
nus.

Perfectionis  
iter aggredi-  
enti quid a-  
gendum.

OTW  
40

perfereret. Ita namque & pueris in ludo lit-  
 rario iterum atque iterum immò toties dicti  
 vna prælegitur, donec eam perfectè teneant.  
 Sic & ipse iterùm atque iterùm, iterumque se  
 deseret & abnegabit, dicetq;: *Iterum relinquit  
 Mundum*, hoc est, cadauca omnia. Mane euigilans,  
 statim ante omnia oculos suos leuabit ad De-  
 um, sic eum alloquens: Eia charissimum &  
 summum bonum meum Domine Deus meus,  
 en iterum pro tui amore & me & omnia re-  
 linquere incipiam. Sicq; vel millies per diem,  
 si toties sese inuenerit, rursus seipsū exire &  
 relinquere proponet. In hac abnegatione, tota  
 perfectionis summa consistit: sine qua nemo  
 proficere valebit, quoquo se verterit. Inde est,  
 quod complures posteaquam DEO vel qua-  
 draginta annis seruiērunt, & multa bona fe-  
 cēre opera, in extremis tam sunt remoti à vera  
 perfectione, vt erant in principio: quomodo  
 modum de populo illo duræ cervicis filijs Is-  
 rael legitur, qui cum multis annis immenso  
 cum labore ac ærumna multiplici per deser-  
 tum ambulāssent, vbi ad solitudinis extrema  
 peruentum fuit, rursus ad eremi interiora, vnde  
 venerant, regressi sunt. Et quis dicere suffi-  
 ciat, quantum operę & impedij, quantum tem-  
 poris plerique miserè absumant, qui non sibi  
 tantum, verùm etiam alijs, bonæ & sanctæ vi-  
 tæ, & ad summam pertigisse perfectionem vi-  
 deantur, cum tamen in eodem versentur gra-  
 du, vnde inchoārunt? Sicut autem hoc abnega-  
 tionis studium in principio ante omnia maxi-  
 mè necessarium est, ita & vsque in finem in eo  
 perseuerandum est. Nemo enim toties sese de-  
 serit,

SOAR. 16.

Abnegatio o-  
ptima quæ.

Num. 32.

In bene cœ-  
pti per eue-  
randum.

ferit, quin aliquid semper reliquum sit, in quo  
deserere & mortificare se debeat. Quapropter  
eos errare constat, qui se in hac vita ad tantam  
sui abnegationem pertingere posse arbitran-  
tur, vt deinceps nihil superfit, in quo illos o-  
porteat mortificari & sese relinquere. Nam  
quo quis altius proficit, eò sublimius & stricti⁹  
sese relinquere habet. Porro quosdam inueni-  
re est, qui posteaquam se reliquerunt, iterum  
nequiter siue callidè ius sibi vsurpent in seip-  
sos. Alij id bestialiter faciunt, alij diabolicè in-  
star Luciferi. Quod ad primos attinet, qui ne-  
quiter sese resumunt, sciendum est, naturam,  
cum mirum in modum versipellis sit, occultè  
admodum seipsam spectare & aucupari in om-  
nibus. Itaque isti naturæ suæ dediti, vbi aliquid  
perperam admittunt, hoc aut alijs sese modis  
excusant: Pia animi intentione id feci, satisque  
veri se nôrunt, pluraq; suæ immortificationi  
prætexunt vela, & ipso DEO sapientiores esse  
moliuntur. Arqui vt auri lamina oculis impo-  
sita, non minùs impedit visum, quam ferri: i-  
ta & Mortalibus omnibus vitæ huius creaturis  
quantumcunq; nobiles sint, vel qualiquali in-  
tentione retineantur, profus renuntiandum  
est, omni calua excusatione posthabita. Quid  
verò de illis dicendum est, qui cum in sanctis  
vivant Sodalitatibus, tam nihil habent veræ  
resignationis, vt pro codice vno, aut alia re vi-  
lissima vel negata vel ablata, canum furentiū  
more latent, murmurentq;: cum tamen Mo-  
nastici professor instituti, merito vsque ad eò  
debeat esse resignatus, vt in vnam casus maxil-  
lam, alteram placido possit animo offerre: &  
quic;

I.

OTW

45

Comparatio  
perspicua.

Matth. 7.

quicquid illi acciderit, eadem semper animi tranquillitatem & pectoris pacem recinat. Nonne ipsi Domino Saluatori palam obijebatur, quod seductor, quod homo vorax & demoniaeus esset? Et tamen tacuit, & omnia benignè tulit. In Vitis patrum quidam suum

Matt. 11. & 27.  
Ioan. 7. & 8.  
Paradigma.

terrogauit Magistrum, quibus modis vera proficit obtineri perfectio: Et ille iussit eum ad obsecrationum monumenta abire, eosque aliquod diu laudibus vehere, post maledictis & conuictijs insectari. Quod cum ille fecisset, domum reuersus seni narrasset, mortuos neque laudum neque vituperio moros fuisse, ait senex: Tu quoque fac similiter. Nouerat enim sanctus Pater

Ioan. 16.

Dominum electis suis omnibus longè antè prædixisse, in Mũdo eos pressuram habituros, in ipso verò pacem. Alij bestialiter se resumunt.

II.

Nemo existimet me hinc de illis dicere, qui tanquam iumenta sponte volutantur in stercorebus vitiorum suorum: sed de illis potius, qui summum & præstantissimum bonum in se habent, est & dicitur Deus, modo quodam naturali appetunt. Sanè hominem rationis compotem opera sua absq; ratione vel irrationaliter, puta ex naturali propensione vel appetitu, inslar pecudum naturæ impulsam sequentium, agere non decet, sed ex voluntate & cum ratione in DE I laudem & ob DE I amorem: vt sine edat, siue bibat, siue dormiat, siue loquatur, siue cauceat, siue aliquid aliud faciat, qualecunq; id fuerit, naturæ affectu & propensione compellitur atq; calcatis, ex ratione & amore operetur, sic orando & cogitando: O Deus meus, amator meus, tibi, non mihi, comedo: tibi, non mihi, dormio;

dormio, viuo, patior: propter te, non propter me, relinquo omnia. Quidam professione Monachus, cum sublimis vite desiderio teneretur, quodam tempore in visione ductus est de Gymnasium quoddam, in quo erat frequens turba studiosorum qui diligentissime literis incumbere viderentur. Quos frater alloquens, ait: Insigne hoc gymnasiū est, charissimi, de quo mirra sapē aliorū relatu didici: sed dicite quæso, cui tandem scientiæ hic naueris operā. Respondit vnus ex illis: Nihil aliud hinc discimus, quā perfectē abnegare nos ipsos in omnibus. Tum ille frater: Prorsus, inquit, hinc manere statui & cubiculum mihi exedificare, etiamsi vel mille mortes obeundę sint. Et ille: Non, ait, ita facies: sed abi hinc quietus, certus quo minus feceris, & plus te abnegaueris ac deserueris, eo plus te futurum esse. Nimis prohdolor hodiē excaecati sunt homines, & multa facere volunt, varia quoque instituunt ac moliuntur, perinde quasi Deum ipsum nutrire velint: & hæc omnia non nisi ex seipsis, ex propria voluntate, cum vana sui complacentia, ex proprio sensu ac iudicio, & suapte natura. Sed hæc perfectiora non sunt: nec tam nostris conatibus, quam nostri resignatione, mortificatione, perditione, abnegatione ad perfectionem perueniamus. Vnde Quæ potissimum ad perfectionem veniuntur. Gal 2. quamdiu vel vna sanguinis gutta in homine superest, necdum mortificata & edomita, adhuc vera illi perfectio deest. Quod enim Apostolus ait, *Vno autem iam non ego, viuit vero in me Christus*: ita accipiendum est, quamdiu aliquid in homine vixerit, quod Deus non est, siue sit in homo, siue aliquid quodcumque tandem

OTW

45

## III.

Ita. 14.  
Luc. 10.

Gen. 3.

in illo Deum necdum perfecte viuere. Tertium demum diabolicè se recipiunt instar Luciferi. Crearat Deus Luciferum, & excellentissimum donis ac præclarissima natura eum affecerat. Sed ingratus ille & superbus, ad seipsum cum vana sui complacentia reflexus, esse volebat liquid. At eodem momento tanquam fulgur cælo deturbatus & excussus, nihil effectus est. Primi quoque parentes nostri (non enim longius exempla petere necesse habemus) miris ac præclarè à Deo conditi & ordinati fuerunt. Accessit serpens, immodè diabolus in serpens obtulit pomum Eux, & ut ederet, versipellis simplicem inuitauit. Recusauit illa, ne formoreretur, & rediret in nihilum. At ille iniquus: Nequaquam, inquit, moriemini, sed eritis. Hoc verbum, ERITIS, ad eum illius naturam gratum ac plausibile fuit, ad eum ad aures cordis eius personuit, atque ita denique in ea radicem fixit, ut incunctanter nihil secum deliberans, pomum decerperet, & decerptum contra Domini sui præceptum manducaret. Inde nos omnes nihil effecti sumus: hæc causa perditionis omnium nostrum ad vltimum vsque hominem, à filijs in filios, & nepotes ac posteritatem eorum. Quisquis igitur esse vult, prius à seipso deficiat oportet. Hoc est enim salutis nostræ fundamentum, mortificari videlicet, abnegare, perdere, nihil pendere nos ipsos. Si ergo vult esse, quod non es, prius necesse est abneges, perdas, ac deficias ab eo quod est. Solum illud purissimum ac felicissimum bonum, quod est dicitur DEVS, in seipso est, intus manens in existenti essentia sua; estq; essentialis, immota,



tranquilla essentia, existens sibiipſi. Non sic creaturæ, quæ non sibiipſis, sed illi propter illum erunt. Ipse nanque & esse & operari est omnium rerum creaturarum, nos autem nihil nisi in illo. Eamobrem debemus singuli nosipſos medullitùs ac profundè abnegare & relinquere. Sed quàm profundè, inquis? Ausculta. Si lapis mitteretur in pelagus infinitæ profunditatis, haud dubiè semper caderet, quia nullum attingeret fundum. Ita ergò vnusquilibet Deum amans, in ipsum DEVM, qui fundum non habet, sese altissimè demerget, atque in illo fundabit, vt quicquid illi siue foris, siue intùs acciderit, quamlibet etiam graue illud fuerit, siue afflictio, siue culpæ & defectus proprii, (in eos namq; haud rarè ob vtilitatem nostram Deus nos cadere permittit) siue aliud quodcunque, ita sit fixus in Deo, vt non solum non noceat, sed etiam profundius eum demergat in Deum, nec aliquid inde sentiat, moneatur aut contristetur in fundo suo: non seipsum aucupetur & spectet, sed solum DEVM in quem immersus est. Nam qui aliquid venatur extra DEVM, DEVM non quærit. Quid verò magis dignum, æquum & iustum est, quam vt in omnipotentem, summum, & longè dulcissimum Deum, totus hominis fauor, fundum, intentio feratur? Cui soli omnis gloria, cui iure tota voluntas atque fidelitas omnis præstanda est, adèò vt nunquam nostrum priuatum commodum, nostram delectationem, nostri exaltationem, nostram mercedem captemus, sed ipsum solum, vt cum dilecto eius filio possimus ex sententia dicere: *Non quero gloriam meam, sed Patris mei,*

Humilitas  
finem non  
esse.

Lapsus qui  
cur salutaris.

Ioan. 8.

mei,

*mei.* Nam si quid aliud quærimus, malè nobis cum agitur, & adhuc multum deest nobis. Sed ut & vitrum quamlibet elegans, si vel tantulum habeat foramen, vt vix aciem vnus cuius capere possit, integrum non est: quantumcunque ruptura, vitri integritatem tollit. Quæso dilectissimi, non vos ista perturbent vobis ad cælestia regna aditus patet, etiam si summam perfectiorem minimè pertingatis. In regno cælorum & pusilli & magni sunt: vnde in terris alij gigantes & proceri, alij ita sunt debiles & infirmi, vt possint digito vno profecti: & tamen omnes homines sunt. Sic etiam hac in parte. Inter mille vix vnus perfectus inuenitur. Quidam tam perfectè se resignant, vt toto anno semel tantum quandam intra se irrefignationem sentiant. Tum verò medullitus ingemiscunt & dicunt: Heu me miserum, adhuc me ipsum comperio, iam sepelisse me credebam omnem animi irrefignationem. Ergone adhuc viuit? Alij in mense semel se inueniunt. Alij semel in hebdomada, alij semel in die. Alij denique sæpius per diem. Hi cum lacrymis cordis sui clamabunt ad Dominum, ac dicent: Eheu dulcissime Deus, quam malè tecum agit? quam infinita est miseria mea! Quid tandem ex me fiet, qui toties me ipsum comperio? Cerrè rursus incipiam, iterum atque iterum me relinquam. Iterum relinquo Mundum, denuò resumptis viribus me ipsum, quantum potero, resignabo. Toties enim nos ipsos mortificare, exire, deserere debemus, donec tandem resignati efficiamur. Sicut enim vna hirundo (vt dici solet) ver non efficit, sed



## III.

Verè pauper  
spiritu, quis.

Math 5.

Apophtheg-  
ma illustre  
Comitis il-  
lustris Aquin.

quempiam Dei amicum & hominem bonum illis indigere, liberam ei facultatem praebeas tam liberè eis pro sua necessitate utendae ac si illius verè propriæ forent: idque illi minus cupias ac faueas, quam tibi ipsi. Tertio ut si illarum fortasse iacturam facias, ita in nimo fundo ac voluntate tranquillus & immotus perseueres, ac si eas nūquam habuisses. Hæc tria quisquis re vera & perfectè est assecutus, verè pauper spiritu est, etiam si vel augustum obtineat imperium: & absque dubio illius regnum cælorum, atque in extremi iudicii cum Christo iudice in sede iudiciaria residebit. Quotquot enim in præclarissimo verè pauperis statu decesserint, sententiam ferent omnes illos, qui huius beatissimæ paupertatis expertes fuerint. Notandum est autem, quod Dominus ait, *Beati pauperes spiritu*: non, rebus. Ille vero pauper est spiritu, quem nullæ re creatæ possident, nec ullæ terrenæ opes, quas possit adipisci, ita eum exantiant, quin desiderii sui semper extendat manum, & coram Deo frustratus, illius gratiam, largam eleemosynam, atque ipsum ad eum DEVM petat humiliter. Hæc est D. Thomæ sententia, si quis terrenas facultates ita habeat uti sunt habendæ, eam paupertatem quæ naturæ necessaria subministrat, expeditiorem præstantioremque esse, quam quæ singulis ea diebus ostiatim mendicare cogit. Si quidem quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt, verè paupertati nihil derogant. Et qui ea habet, nihil illi necesse est aliunde conquirere: atque ita homo interior liberitatis se potest in Deum recipere, quando quidem curas & affectus

fectus omnes rerum labētium excedit. D. Bernard. sua tempestate nedum alijs quibuscunq; sed ipso etiam summo Pontifice fuit honoratior, quod tamen ille non pluris fecit, quam lutum platearum. Est memorabilis apud D. Thom. sententia, quam paucis subiungam: Si vis, inquit, exploratum habere, num quispiam magnæ & perfectæ vitæ sit, aduertere primò, nū ineptis & puerilibus verbis utatur. Secundo, vtrum honores ambiat, & contemni ac vilipendi recuset, nec id hilari ferat animo. Et si ita deprehenderit, quicquid agat, non eum putes esse perfectum: siquidem nullum habet veræ virtutis fundamentum. Nam quisquis perpeti non vult, non procul abest à ruina. Hanc spiritus paupertatem, sicut & cæteras virtutes omnes, beatissima Virgo MARIA perfectissimè obtinuit: & quicumq; eam in hoc imitari volet, quatuor sequentia diligenter obseruabit. Primum est, vt terrena omnia floccipèdat. Secundum, vt nulla prosperitate moueatur. In hoc enim cuncta, quæ vel cogitari vel accidere queant, profectus spiritualis detrimenta consistunt. Tertium, vt tristitia quæq; & omnia tam prospera quam aduersa contemnat, cunctaq; ex pijs Domini manibus accipiat grato animo, non autem ex hominibus, qui non nisi instrumentum sunt DEI, quo ille operatur. Quartum, vt Deum semper in animo gerat, illius suauissimam obseruet præsentiam, & in his beatissimam Dei Genetricem imitetur, quod & illi gratissimū, & ipsi vtilissimum est officium vel obsequium, quod illi præclaræ Virgini possit præstari: quæquam & alia pia officia illi grata & homini

S. Bernard. quantus ad huc viui honor.

Aliud Comitis Aquinatis apophthegma.

Quatuor quædam obseruanda.

I.

II.

III.

IV.

O 3

mini

OTW  
45

mini salutaria sint. Præstet nobis omnipotens  
DEVS, vt exemplo beatissimæ DEI genitricis  
indefesso conatu nobis ipsos perpetim abnegare,  
mortificare, relinquere & exire studeamus.  
Amen.

## AD LECTOREM.

*Has licet paucas tanti viri conciones hoc loco  
sumus, vt ex ijs conijciat pius Lector, quam  
lendum sit, reliquas hominum incuria intercidisse:  
cum tamen certissimum sit, egregium esse  
fuisse concionatorem, & sæpe ad populum summo  
cum laude & vtilitate declamasse. Porro reliquas  
eius sermones, epistolas ac lucubrationes, quæ  
Thauleri operibus habentur, Lector hinc inde in illis  
scriptis, offendet.*

D. HENRICI  
SVSONIS VIRI SANCTIS-  
SIMI, EPISTOLAE ALIQVOT  
PIAE AC ERVDITAE.

AD LECTOREM PRAEFATIO  
*uncula interpretis.*

Multas nostrum Susonem Epistolas scripsisse  
dubium non est, sed has paucas solas habere  
licuit, quas tibi amice Lector candidè  
communicamus. Piae sunt ac eruditæ, & quæ  
non possunt sine magno fructu perlegi.